Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

In Ieremiam prophetam: prologus

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

gaudebit cor vestrum et ossa vestra quasi her
ba germinabunt. Et cognoscetur ma
nus domini servis eius et indignabi
tur inimicis suis. Quia ecce dominus in igne ve
niet et quasi turbo quadrige eius reddere
in indignatione furorem suum et incre
pationem suam in flamma ignis. Quia
in igne dominus diiudicabit et in gladio
suo ad omnem carnem et multipli
cabuntur interfecti a domino. Qui sanctifi
cabantur et mundos se putabant
in hortis post ianuam intrinsecus qui
comedebant carnem suillam et ab
hominationem et murem simul consu
mentur dicit dominus. Ego autem ad opera eorum
et cogitationes eorum venio ut congre
gem cum omnibus gentibus et linguis.
Et venient et videbunt gloriam meam
et ponam in eis signum. Et mittam ex eis
qui salvati fuerint ad gentes in
mare in Affricam in Lidiam tenen
tes sagittam in Ytaliam et Greciam
ad insulas longe ad eos qui non au
dierunt de me et non viderunt gloriam
meam et annuntiabunt gloriam meam
gentibus. Et adducent omnes fratres
vestros de cunctis gentibus [donum] domino
in equis et in quadrigis et in lecti
cis et in mulis et in carrucis ad mon
tem sanctum meum Ierusalem dicit dominus quo
modo si inferant filii Israel munus
in vase mundo in domum domini. Et assu
mam ex eis in sacerdotes et in levi
tas dicit dominus. Quia sicut celi novi et
terra nova que ego faciam stare coram
me dicit dominus sic stabit semen vestrum
et nomen vestrum. Et erit mensis ex men
se et sabbatum ex sabbato. Veniet omnis
caro ut adoret coram facie mea

dicit dominus. Et egredientur et videbunt
cadavera virorum qui prevaricati sunt in
me. Vermis eorum non morietur et ignis
eorum non extinguetur et erunt usque ad
satietatem visionis omni carni.
Explicit ysaias. Incipit prologus in
Ieremiam prophetam.
H Ex interpretatio
ne Ieronimi est hic
quod de ea mo
nit secundum
ebreos codices
exploret. Alia
enim lxx interpretum ecclesiis usita
ta quam in nulla aliter ab ea quam in
ebreis codicibus invenitur. Tamen utraque
et secundum lxx et secundum ebream apostolica
auctoritate firmata est. Non errore neque
reprehensione superioris sed certo consilio
lxx in nulla aliter dixisse vel contexuisse
se intelligimus quod ideo premonendum ne
quisquam alteram ex altera velit emen
dare quia singularis suo genere utra
que observanda est. Ieremias propheta
cui hic prologus scribitur sermone
quidem apud hebreos ysaia et osee
et quibusdam aliis prophetis videtur esse
rusticior sed sensibus par est quippe
qui eodem spiritu prophetaverit. Porro
simplicitas eloquii de loco ei in quo
natus est accidit. Fuit enim anatho
thites qui est usque hodie viculus tribus
ab Ierusalem distans milibus sacerdos
ex sacerdotibus et in matris utero sanctifica
tus virginitate sua evangelicum virum
Christi ecce dedicans. Hic vaticinari
exorsus est puer et captivitatem urbis
atque videre non solum spiritu sed et oculis car
nis intuitus est. Iam x tribus Israel

Explicit ysaias. Incipit prologus in Ieremiam prophetam

assyrii in medos transtulerant. iam cap-
tivas earum colonis gentium posside-
bant. Unde iuda tantum et beniamin
prophetavit. et civitatis sue ruinas qua-
druplici planxit alfabeto quod nos men-
sure metri versibus reddidimus.
Preterea ordinem visionum qui apud
grecos et latinos omnino confusus est ad pri-
stinam fidem correximus. Librum autem
baruch notarii eius. qui apud hebre-
os nec legitur. nec habetur. pretermisimus
pro his omnibus maledicta ab emulis
prestolantes. quibus me necesse est per
singula opuscula respondere. et hii patior
quia vos cogitis. Ceterum ad compendium
mali rectius fuerat me modum
furori eorum silentio meo ponere quam
cotidie novum aliquid scriptitantem
invidorum insaniam provocare. Ex-
plicit prologus. Incipit liber Ieremie prophete.

Verba Iere-
mie filii
helchie de
sacerdotibus
qui fuerunt
in anathot
in terra beni-
amin. Quod
factum est verbum domini ad eum in diebus
osie filii ammon. regis iuda. in
tredecimo anno regni eius. Et factum
est in diebus ioachim filii iosie regis
iuda. usque ad consummationem unde-
cimi anni sedechie regis iuda. usque
ad transmigrationem ierusalem. in mense
quinto. Et factum est verbum domini ad me
dicens. Priusquam te formarem in utero
novi te. et antequam exires de vulva
sanctificavi te. et prophetam in gentibus dedi te.
Et dixi. A. a. a. domine deus. ecce nescio lo-
qui. quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me.
Noli dicere quia puer sum. quoniam ad omnia que mit-
tam te ibis. et universa quecumque mandavero
tibi loqueris. Ne timeas a facie eorum.
quia ego tecum sum ut eruam te. dicit dominus.
Et misit dominus manum suam. et tetigit
os meum. Et dixit dominus ad me. Ecce de-
di verba mea in ore tuo. Ecce constitui te
hodie super gentes et super regna. ut e-
vellas. et destruas. et disperdas. et dissi-
pes. et edifices et plantes. Et factum est ver-
bum domini ad me dicens. Quid tu vi-
des ieremia. Et dixi. Virgam vigilantem
ego video. Et dixit dominus ad me. Bene
vidisti. quia vigilabo ego super verbo meo
ut faciam illud. Et factum est verbum domini
secundo ad me dicens. Quid tu vides. Et
dixi. Ollam succensam ego video.
et faciem eius a facie aquilonis. Et
dixit dominus ad me. Ab aquilone pandetur
malum super omnes habitatores terre.
quia ecce ego convocabo omnes cognationes
regnorum aquilonis ait dominus. et venient
et ponent unusquisque solium suum in introi-
tu portarum ierusalem. et super omnes muros
eius in circuitu. et super universas urbes
iuda. Et loquar iudicia mea cum eis
super omni malitia eorum qui dereliquerunt
me. et libaverunt diis alienis. et adora-
verunt opus manuum suarum. Tu ergo ac-
cinge lumbos tuos. et surge. et loquere
ad eos omnia que ego precipio tibi. Ne formides
a facie eorum. nec enim timere te faciam
vultum eorum. Ego quippe dedi te ho-
die in civitatem munitam. et in columpnam
ferream. et in murum ereum super omnem
terram. regibus iuda. principibus eius. sacerdo-
tibus. et populo terre. Et bellabunt adversus